

**97.** *Markgraf Friedrich (II.) von Meißen überträgt den Brüdern Johann und Konrad genannt Mulich von Neumark zum Ausgleich für den in seinem Dienst erlittenen Schaden die Vogtei zu Zwickau bis zur Abgeltung der Schadenssumme.*

(1345) Dezember 19, Weißenfels

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: SächsHStA Dresden, 10004, Kopiale, Nr. 25, fol. 3r–3v (14. Jh.) (B); Eintrag zum Zeichen der Ablösung durchstrichen; Überschrift: Johannis et [Cunradi] Mulichs de Novo Foro. — Anm: vgl. Nr. 133.*

Nos Fridericus etc. recognoscimus, quod quia strennuis Johanni et Conrado dicto Mulich fratribus de Novo Foro racione dampnorum et stipendiorum, quae in discordia nostra nobis obsequendo perpassi sunt in CCCC<sup>ti</sup>s sexagenis grossorum precise obligati existimus et tenemur, ipsos in solidum nostros in Zcwikoŵ perfecimus advocatos eo modo quod eiusdem advocacione nostre regimen gerere et obvenciones proventus et redditus ad eandem advocaciam de consuetudine vel de iure spectantes et quos advocati nostri ibidem, qui eos in officio huiusmodi precesserunt, perceperant, tollere percipere ac usibus suis applicare debent tam diu et quousque ipsis<sup>a)</sup> per nos summa quadragentarum sexagenarum predicta plene fuerit persoluta. Quo facto advocacia nostra predicta ad nos et heredes nostros absque dictorum fratrum de Novo Foro contradictione et difficultate reverti debet libere et redire pleno iure sic tamen quod iidem fratres interim quod regimen dicte nostre advocacie exercere habebunt, nobis fideliter deservire ac monitis nostris et mandatis sicut ceteri nostri advocati in omnibus parere et nichilominus circa omnes in advocacia huiusmodi residentes cuiuscunque condicionis existant homines decenter rite ac racionabiliter se regere debeant et habere. Insuper promittimus dictis fratribus Johanni et Conrado dicto Mulich, quod si aliquis eos super bonis quibuscunque ad advocaciam eandem pertinentibus inpetierit ipsos adversum | eundem tueri et fovere debeamus fideliter et pro posse<sup>b)</sup>. Et si tempore quo regimen huiusmodi advocacie gerere habuerint civitatem Zcwikaviensem hostilitatis incursu seu casu aliquo perdere, quod absit, nos contingerit absque dictorum fratrum et servitorum suorum ibidem negligencia sive culpa extunc pecunie summan quadragentarum sexagenarum predictarum ipsi solvere debebimus et in aliis nostris redditibus percipiendam assignare. Datum Wizsinfels, feria II<sup>a</sup> ante Thome.

a) über der Zeile (B) b) (B)

**98.** *Richter und Geschworene der Stadt Prag bitten den Rat der Stadt Zwickau um Hilfe gegen Räuber.*

[zwischen 1343 und 1346]

*Original nicht zu ermitteln. — Edition: Jacobi, Codex epistolaris Johannis regis Bohemiae, S. 81 f., Nr. 206. — Anm.: Zu diesem auch an andere Adressaten, darunter den Bischof von Meißen, ergangenen Schreiben vgl. CDS II, Bd. 1, S. 364 f., Nr. 446. Der Codex epistolaris ist seit dem 19. Jh. verschollen.*